

Pl. 2.

S C H E M A T I C V S
C O N S P E C T V S ,

S I S T E N S

C E L E B E R R I M I

D A N I E L I S N E T T E L B L A D T ,

P O T E N T . B O R V S S . R E G I A C O N S . I N T I M I S ,

A C A D E M I A E F R I D E R I C I A N A E D I R E C T O R I S E T O R D I N A R I I F A C V L T A T I S
I V R I D I C A E ,

N O V A M I N T R O D V C T I O N E M

I N

I V R I S P R V D E N T I A M P O S I T I V A M G E R M A N O R V M C O M M V N E M



H A L A E M A G D E B U R G I C A E
I N O F F I C I N A L I B R A R I A O R P H A N O T R O P H E I .
M D C C L X X V I I I .

KÖN. PR. FR.
UNIVERS.
ZU HALLE





INTRODVCTIO IN IVRISPRUDENTIAM POSITIVAM.

I.

PRAECOGNITA IVRISPRUDENTIAE POSITIVAE GENERALIA.

1. Iurisprudentiae positivae natura et indeos. (§. 4-26. Introd.) Norio
- Veritatum iuridicarum i.e. veritatum de hominum iuribus et obligationibus, ad quam pertinent earum
 - Divisiones in
 - positivas, quae sunt $\begin{cases} \alpha. mere positivas \\ \beta. mixtas, \end{cases}$
 - naturales.
 - Rationes, quae sunt: $\begin{cases} \alpha. necessariae, et \\ \beta. arbitrarie. \\ \gamma. legales, et \\ \delta. non legales. \end{cases}$
 - Fons. (§. 8. l.c.)
 - Media eas cognoscendi, et earum
 - Cognitio ipsa historica
 - philosophica.
2. Iurisprudentiae positivae, ad quam pertinet
- a. veterum ICTORUM romanorum; et secundum eorum conceptum ea est rerum diuinarum
 - A. Norio et humanarum nostrarum, iusti aucto in iusti scientia.
 - b. nostrarum, a quibus iurisprudentia fumatur obiectiva seu systematica, in quo significativa ea est pars eruditiois dogmaticae, quae continet veritates iuridicas in formam artis redactas.
 - B. Distinctio duplex (§. 15. l.c.) inter theoriam iurisprudentiae et praxim iuridicam.
 - C. Differentia inter iurisprudentiam et complexum legum seu corpus iuris.
 - D. Finis iurisprudentiae positivae [ex mente veterum ICTORUM romanorum. (§. 19. l.c.)]
3. Iurisconsultorum, eorumque speciem. Hic notandum
- A. perfecti ICti virtutes esse habitum $\begin{cases} \alpha. interpretandi, et \\ \beta. ad facta applicandi; et Pseudo-ICtos dici, qui hoc habitu practico non possent leu qui regulent et tabulae iunt. (§. 22. l.c.) \end{cases}$
 - B. Iurisconsultorum spe. $\begin{cases} \alpha. tales, quae non nisi in notitia ICTORUM vnum praestant; vel \\ cies esse vel \quad \begin{cases} \alpha. ICts proprias divisiones vel \\ \beta. ICts generales eruditorum divisiones vel \end{cases} \end{cases}$
 - C. Non quemlibet, qui legum cognitione instrutus est, ICrum esse, sed distinguendum inter cognitionem legum *vera rem*, quam quilibet subditus habere debet, et eruditus ICts propriam, quae suos gradus habet. (§. 25. l.c.)
 - D. Quid philosophari in iure dicatur. (§. 26.)

A

- | | | | |
|---|---|--|--|
| $\begin{cases} \alpha. ICts proprias divisiones vel \\ \beta. ICts generales eruditorum divisiones vel \end{cases}$ | $\begin{cases} \alpha. Cimittiae, L. \\ \beta. Canonitiae, L. \\ \gamma. Fenditiae, L. \\ \delta. Criminalitiae. \end{cases}$ | $\begin{cases} \alpha. Humanitiae, seu \\ \beta. ICI elegantes, vel \\ \gamma. Realitiae. \end{cases}$ | $\begin{cases} \alpha. Empirici, vel \\ \beta. rationales, \\ \gamma. theoretici, vel \\ \delta. practici. \\ \epsilon. qui docent, vel \\ \zeta. iudicant, vel \\ \eta. patrocinant. \\ \theta. seculares, vel \\ \iota. ecclesiastici. \\ \kappa. primi ordinis f. in- \\ \lambda. tentor. s., vel \\ \mu. secundi ordinis. \end{cases}$ |
|---|---|--|--|
- II. Partes

I. PRAECOGNITA IVRISPRUDENTIAE POSITIVAE GENERALIA.

II. Partes iurisprudentiae positivae. (§. 27-38. l.c.)

1. in genere, pro diueritate

- A. Fontium, ex quibus veritates iuridicae haurienda. Pro fontium diueritate iurisprudentia est vel
- [a. divina, vel
b. humana, haecque vel romanæ, vel germanicæ, vel galicæ, vel danicæ etc.]
- B. Obiecti. Pro eius diueritate eadem iurisprudentia positiva habet partes, que sunt
- [a. Theoretica, haecque vel
α. civilis, que est vel
β. secularis, et haec iterum vel
γ. alodalis, que est vel
δ. feudalis.
ε. ecclesiastica.
ζ. criminalis.
η. Præficia, cuius subpartes vide infra.]
 - [b. publica, haecque vel
η. publica in specie sic dicta, vel
ι. juris gentium prudentia.]
- C. Loci. Ex hoc fundamento iurisprudentia positiva est vel
- [Germanorum, vel
Gallorum, vel
Danorum etc. iurisprudentia positiva.]
2. in specie Germanorum, pro diueritate
- A. Loci, ubi valent veritates, quas iurisprudentia positiva Germanorum continet. Ex hoc fundamento ea est vel
- [communis, vel
provincialis, vel
localis.]
- B. Fontium; et pro eorum diueritate ea est vel
- [a. diuina, vel
b. humana, et haec vel
α. domestica, seu germanica, vel
β. peregrina, que est vel
Γ. Romana, vel
Δ. Canonica, vel
Ι. Longobardica.]
- C. Obiecti, et ex hoc fundamento ea est vel
- [a. Theoretica, que est vel
α. Secularis, haecque vel
β. alodalis, et haec iterum vel
γ. civilis, que est vel
δ. publica, et haec denique vel
ε. publica in specie sic dicta, vel
ζ. juris gentium prudentia.
η. priuata.
ι. criminalis.
κ. feudalis.
λ. ecclesiastica.
μ. Præficia, que est vel
α. civilis, haecque vel
β. publica, vel
δ. priuata; et haec iterum vel
η. judicialis, que est vel
α. iudicialis in specie sic dicta, haecque vel
β. aa. theoria artis expediendi negotia iudicialia principia
bb. theoria artis expediendi negotia iudicialia minus principia; que est vel
theoria artis relatoriae, vel
theoria artis decretoriae, vel
theoria artis archiva seu registraturas tractandi.
ζ. b. theoria processus civilis.
η. extrajudicialis.
θ. criminalis.]

III. Methodus docendi et discendi iurisprudentiam positivam. (§. 39-74.)

1. Methodus iurisprudentiae positivae in genere; que est determinatus veritates iuridicas tractandi modus, confideranda est duplo modo, vel ratione

A. coniunctionis et separationis veritatum iuridicarum diversi generis pro fontium earum diueritate, et in hac confideratione ea est vel

- [pura, vel
mixta, seu methodus per differentias. (§. 41. sq. l.c.)]

B. veritates ipsa tractandi modi, et in hac confideratione methodus iurisprudentiae positivae totuplex est, quo-
plex est methodus in genere (§. 19. sqq. Praec. erat. gener.), et etiam est optima methodus iuris-
prudentiae positivae *methodus demonstrativa*, seu *scientifica*. Quoad eam autem varia aduc ne-
tanda specialia, ratione

- a. definitionum iuridicarum [legalium, et
doctrinalium. (§. 45. l.c.)]
- b. propositionum iuridicarum (§. 46. l.c.) Quoad eas sunt notandæ
α. regulæ iuri, seu brocarda. (Vid. Tit. Pand. de regulis iuris.) (§. 47.)
β. earum demonstrationes
φilosophicae,
historicae, seu textualeæ
mixtae. (§. 48.) Ipsæ veritatum iuridicarum demonstrationes autem sunt diverso modo forman-
dae, prout veritas demonstranda concernit vel
η. legum tenorem, in quo cau vel adefit
δ. lex, in cuius expressis verbis proppositio demonstranda contenta, vel
θ. non, tuncque vel
α. plane de ea silent leges, vel
δ. adiut leges, ex quibus per ratiocinæ deduci potest. Vel
δ. earum valorem, quem habent in foro, i. e. vsum hodiernum. (§. 49. l.c.)
- c. obseruationum veritatis iuridicis praemittendarum. (§. 50.)
- d. scholiorum, et
- e. ordinis, secundum quem veritates iuridicae se inueniunt subsequi debent. Est autem in omnibus partibus iurisprudentiae positivae ordo, ex ordine naturali et ordine scholæ mixtus, obseruandus. (§. 51. l.c.)

ad III.

- a. Methodus decendi iurisprudentiam positivam,
- f. A. per scripta iuridica, quae sunt
f. a. Fontes seu fontium collectio[n]es;
b. Commentarii;
c. Lexica;
d. Syntagma;
e. Compendia;
f. Scripta de singulis argumentis iuridicis.
g. Scripta catena.
- B. viua voce. (§. 57.)
3. Methodus decendi iurisprudentiam positivam
- A. in academis. Quodam em notanda
- f. a. studia subficiaria iurisprudentiae positivae. Tala sunt
f. a. studia subficiaria generalia quod totam eruditionem, sive Logica,
Ontologia,
Historia litteraria, et
Mathesis.
- f. b. studia subficiaria iurisprudentiae positivae specialia; quae iterum sunt vel
generalia, veluti
f. N. historia in sensu stricto sumta. (§. 63 seqq. Praec. erud. gener.)
f. S. iurisprudentia naturalis;
f. T. philologia, in eo sensu sumta, in quo sub se comprehendit grammaticam et
artem criticam.
- b. Ordo et numerus collegiorum iuridicorum. (§. 69. l. c.)
- c. Scientiae, quae ornant Ictum, a studiis subficiariis iurisprudentiae positivae sollicite distinguendae;
- quae sunt praefertim
- f. a. Notitia rerum publicarum.
f. B. Heraldica historica, cum arte heraldica.
f. C. Politica, et
f. D. Oeconomia publica seu cameralis.
- B. finitis studiis academicis. Hic omnia redeunt ad
- f. a. lectionem.
b. meditationem.
c. praeceps cum theoria coniunctionem. (§. 71. l. c.)
d. conterationem cum eruditis.
e. iter litterariorum. (§. 19. Praec. erud. gener.) et
- f. studium iuri patri i.e. iurisprudentiae provincialis et localis eius Germaniae partis, in qua quis fortissimum suarum fuardar fedem figere vult; quod versatur partim circa
- f. a. noua studia subficiaria, quae sunt
f. N. historia patria, et praefertim historia iuri patri.
f. S. historia litteraria quod scriptores iuri patri.
f. B. ipsius iuri patri.

II.

HISTORIA LEGVM POSITIVARVM,

QVIBVS

IN GERMANIA VTIMVR.

Historia iuri seu legum in genere est pars historiae in sensu stricto sumtae (§. 64. Praec. erud. gener.), quae praecesse circa ea facta versatur, quibus leges positivae originem et mutationem debent.

- I. Ius antediluvianum. Haec Periodus non nisi leges positivae diuinis sicut sunt, quae a Deo hominibus latae sunt
- f. 1. ante lapsum, ad quas referri debent leges
f. f. abstinendo ab arbore boni et mali;
f. f. sanctificando fabbario etc.
- f. 2. post lapsum, quae sunt e.g. leges imperio mariti in uxorem;
f. f. de sacrificiis etc.
- Vraeque leges, tam ante quam post lapsum latas secundum earum dispositiones,
sunt vel ceremoniales, vel
forentes.

II. Ius postdiluvianum.

1. Ante natum Christum.
- A. Vsque ad tempus velis Romae conditae. Leges positivae hoc tempore ortae, sunt
- f. a. diuinae, et ad eas referri debent
f. f. unico sic dicta septem praecepta Noachica.
f. B. Leges Moysae, i.e. leges a Deo, partim ante exitum ex Aegypto, partim post hunc exitum in deferto per Molen latae; et
f. f. leges lotus, indicum, et Regum Israelitarum aique Iudaeorum.
- b. humanae populorum hoc tempore
f. a. Asiae et Africæ inhabitatorum, et hue pertinent leges Chaldaeorum et
Aegyptiorum.
f. B. Europeæ inhabitatorum, ad quas pertinent leges Graecorum, quae pro diuersitate Rerumpublicarum Graecie sunt partim Lacedemoniensium, inter quas praefertim leges Lacedemoniensium, et
leges Atropontensium, a Lyrcio an. mundi 3170. late, hic notandæ sunt.
- B. Ab urbe Romi condita vsque ad natitatem Christi. Quod hoc tempus praefertim notandum, in illud (A. M. 1262.) historiat turis romani initium incidere. Sunt vero huc seu leges latae
f. a. præter leges romanæ f. a. leges diuinæ a Regibus Israelitarum et Iudeorum,
f. B. leges humanæ

II. HISTORIA LEGVM POSITIVARVM, QVIBVS IN GERMANIA VTIMVR.

- ad II. I. B. a. **B.**
- [N. apud reliquias Asiae et Africæ populos.
[Q. inter Europæ reliquias populos præter Romanos, a Dracone A. M. 3389. et Solone A. M. 3412. apud Graecos Atheniensium respublica legibus instruuta est.]
- b. leges romanae, rite
[x. in statu regio ab A. V. C. 1. vsque ad a. 244. Hoc tempore Romani præsertim secundum mores suos vivabant. Prima et unica species legum romanarum in statu regio latarum vero sunt leges, quae *leges regiae* dicuntur, i.e. a regibus, prævia approbatione populi, in comitatu latae, et sunt pro comitorum diuersitate vel [leges curiatae vel centuriatae. Harum legum regiarum collectio, a p. 10 facta, *Ius Papirianum* confituitur.]
- [B. sub libera republica A. V. C. 244. vsque ad tempus nativitatis Christi. Per aliquod tempus post exercitios Reges Romani iure incerto vii sunt, tandem vero vii cooperunt triplex iure, quod erat]
- [N. ius naturale, i.e. ius omnibus animalibus, sive omnibus et brutis, commune.
[Q. ius gentium, i.e. ius hominibus, et quidem omnibus, proprium.
[A. ius civile, i.e. ius hominibus quidem, sif non nisi illi, qui certum quendam populum constituebant, proprium. In quo sensu itaque ius civile differeret pro populorum diuersitate, unde aliud ius civile erat atheniensium, aliud Romanorum etc. et hoc viuum vel [scriptum, vel non scriptum.]
- [A. Ius Civile scriptum Romanorum stricte sic dictum. Referrri possunt ad eius species ordinariae.
- [aa. *leges stricte sic dictæ*, i.e. leges in comitatu latae, et sunt vel
[A. leges confulares, vel
[Q. leges tributinæ; quae uno nomine *plebisita* dicuntur. (§. 106. l. c.)
bb. *senatusconsulti*, i.e. leges, non nisi in comitatu, sed per solia senatus conclusionem, latae.
- [b. extraordinares.
- [aa. *Liges Dicloratoriae*, i.e. leges a Dicloratoribus latae.
[bb. *Liges Determinatae*, seu LL. XII. Tabb. i.e. leges a Decemviris latae.
- [B. Ius Honorum, quod omnia Magistraturam edita sub se comprehendit, inter quae præfertur notanda sunt [Edita Praetorum, et ex his enactum]
- [Q. Praetorum. (§. 110. l. c.)
- C. Ius Commentitium, ideo ita dictum, quoniam commentationi et interpretationi prudenter originem debet; *ius civile in iersu strictissimo* vero ideo, quoniam cæsterae iuris ciuilis partes proprium nomen habent. Hoc ius commentitium ex parte originem debet *Diputationibus fori*; illi ipsi vero originem iterum debent
- [a. *actiones legis*
b. *actus legitimi*
c. totusque in genere formalium et rituum, quibus Romani vebantur, apparatus.
- [D. Mores maiorum, i.e. ius, quod originem trahit ex actis et gestis subditorum.
- [2. Post natum Christum.
- [A. A natu Christo vsque ad magnam gentium migrationem (Sec. I-V.); et in haec tempora incidit *historia iuris canonici* seu *Canonicus-Pontificii* initium.
- [a. Historia iuris romani. Legum romanarum vleriora fata, quae hoc tempore habuerunt, concernunt
- [A. nouas legum romanarum species nunc ortas, quae sunt
- [a. *Responsa Prudentium*,
b. *Senatusconsulti nova*, et
c. *Constitutiones Principum*.
- [B. collections legum romanarum iam existentium, huiusmodi
- [a. collectio editiorum Praetorum sub Hadriano Imperatore per *Salaianum* ICrum facta, unde *Editum perpetuum*.
b. collections constitutionum Principum ethnicon ab Hadriano ad Constantinum M. per duos ICtos *Gregorianum* et *Hermenogenium* factæ, unde originem transerunt Codex *Gregorianus* et *Hermenogenianus*.
- [b. Historia iuris canonici, (§. 117. l. c.) Huc pertinent.
- [A. *Canones*, i.e. conciliorum, que diciplinam ecclesiasticanam concernunt.
[B. *Decretales*, i.e. constitutiones Pontificum.
- B. A magna gentium migratione vsque ad regni germanici ortum. (Sec. V-X.)
- In hanc epocham incidit historia iuris germanici in sensu latiori (§. 124.) initium
- [a. Historia iuris romani. Ad factum iuris romani, quae habuit hoc aevum, referri potest
- [a. compilatio Codicis Theodosiani, i.e. collectio constitutionum principum, autoritate *Theodosii* iunio-ris anno 438. facta.
- Ceterum etiam quod hoc aevum notandum: Per constitutionem *Theodosii* orientalis, et *Valentiniani* III. occidentalis Imperatoris an. 426. editam, veterum ICtorum, nominatio *Papi- niani*, *Pauli*, *Cati*, *Papiani* ac *Modestini* libris et scriptis vim legum esse concessam.
- [B. facta iuris romani in terra extincti imperii occidentalis; ad ea pertinet
- [N. Conferuatio iuris romani in regnis *Obrogothorum*, eorumque successorum, *Longobardorum*, *Wifgathorum*, *Burgundionum* et *Francorum*, per ipsas horum populorum germanicas originis leges.
- [C. Compilationes legum a quibusdam horum populorum Regibus factæ, maxima ex parte ex legibus romanis, quae hoc tempore vebantur, defunctæ, quales sunt:
- [A. *Edictum Theodosii* regis Ostrogothorum de an. 459.
[B. *Alarci*, regis Wifgothorum, breuierium legum romanarum, vulgo *breviarium Aniani* dictum de an. 506.
[C. *Papiani responsa*, ut vulgo appellatur, qui liber iussu regis Burgundionum *Gondebaldi* compilatus.
- [D. facta iuris romani in adhuc subsistente imperio romano orientali per *Iustinianum*. Huc pertinent
- [R. Collectiones, quas Iustinianus fieri curavit, quae sunt:
- [A. *Codex Iustinianus*, i.e. noua compilatione Imperatorum collectio, an. 529. Idib. Aprilis publicata.
- [B. *Digesta*, seu *Pandæctæ*, i.e. excerpta ex præstantissimorum ICtorum Romanorum scriptis, quae collectio an. 533. d. III. Kalend. Januar. confirmata.
- [C. *Institutiones Iustinianæ* i.e. compendium iurisprudentiae Romane, et an. 533. d. XI. Kal. Dec. publicatae, est d. III. Kal. Januar. vna cum Digestis confirmatae.
- [D. *Codex*

- ad II. 2. B. 2. Y. N. C.
- 2. Codex repetitae pælectionis, i.e. iterata prioris codicis editio, quae an. 534. mens. Decembris prodidit.
 - Constitutiones ab Iustiniano editæ, præter codici insertas constitutiones, quae sunt:
 - C. Constitutiones recentissimæ collectionibus præmisæ.
 - Q. Quinquaginta Decisiones, i.e. constitutiones Iustiniani, dum Pandæctæ componebantur, editæ, per quas veterum ICtorum dissensiones compofitæ.
 - N. Nouellæ Iustinianæ, i.e. eius constitutiones post Codicem repetitæ pælectionis editæ.
 - D. Edicta XIII. Iustiniani.
 - E. Variae eius constitutiones ecclesiasticae.
 - b. Historia iuri canonici. Quod legum ecclesiasticarum vteriora sata attinet, notandum, hoc tempore originem traxisse
 - A. nouos canones et nouas epistolæ decretales;
 - B. initium collectionum legum ecclesiasticarum, pæfertum canonum, in haec tempora incidere; ad quas collectiones pertinent:
 - a. Codex Canonum ecclesie vniuersitatis;
 - b. Fulgentii Ferrandi breviatio canonum;
 - c. Ioannis Scholastici Nonocanon.
 - c. Historia iuri germanici.
 - z. Historia legum singulorum populorum Germanie:
 - N. eorum, qui in Germanie finibus substiterunt, et huc pertinent:
 - A. Leges Alemannorum;
 - B. Leges Batavorum;
 - C. Leges Frisionum; et
 - D. Leges Saxonum.
 - eorum, qui reliqua Germania alias sibi quæsiverunt fides. Ad huius generis leges pertinent:
 - A. Leges Salicæ seu Paetus legis salicæ.
 - B. Leges Ripuariorum.
 - C. Leges Burgundionum.
 - D. Leges Wifgothorum.
 - E. Leges Ostrogothorum.
 - F. Leges Longobardorum.
 - G. Leges Anglorum et Werinorum.
 - B. Historia Capitularium Regum Francorum, i.e. leges a Regibus Francorum latae; et sunt vel vniuersalia, vel particularia. (§. 127. l.c.)
 - C. Ab ortu regni germanici usque ad restaurationem iuri Romani eiusus in Germania receptionem. (Sec. IX. XII.) In hanc Epocham *historia iuri feudalis Longobardici* incidit initium.
 - a. Historia iuri Romani.
 - z. Eius sata in Oriente; que sequuntur:
 - N. Nouæ Constitutiones Imperatorum Romanorū.
 - D. Translatio codicis Iustinianæ, pandectarum, et institutiorum Iustinianearum in graecam lingwam.
 - B. Bafiles repetitæ pælectionis. (§. 128. l.c.)
 - N. Nouellæ Leonis, i.e. variae Constitutiones a Leone Imperatore editæ.
 - B. Eius sata in Occidente.
 - N. Ius Romanum Anteius Iustinianum adhuc vigebat.
 - Ius Romanum Iustinianum (§. 122. l.c.) in Italia erat in vñ.
 - b. Historia iuri Canonici. De huius vterioribus satis modo notari meretur, quod ex anterioribus codicibus etc. nouæ collectiones primitæ legum ecclesiasticarum concinnatae sunt, (§. 130. l.c.) veluti collectiones
 - z. Reginonius Abbas Prümensis;
 - B. Burchardi Episcopi Wormatiensis; et
 - y. Iutonis Episcopi Carnotensis.
 - c. Historia iuri Germanici. Strictè et proprie sic dictarum legum germanicarum origo.
 - z. Fan legum singulorum Germanie populorum et Capitularium. De iis notandum:
 - N. orto regno germanico; et extincione Carolingi, obliterantiam suam sensisse, et
 - D. Germanos hoc tempore, non in legibus, sed armis, ius pro juis manuariunt, et nere inuitile. Inde inuoluerunt iudicia duellica.
 - B. Fata legum vere germanicarum, que sunt quoad maximam partem leges fundamentales. Possunt huc referri
 - N. Pactum Verdunense de a. 843.
 - D. Pactum inter Ottomem M. et Leonom VIII. de coniunctione Imp. Rom. cum regno germanico de a. 964.
 - z. Concordata Henrici V. et Calixti II. de investitura Episcoporum et Abbatum de a. 1122.
 - y. Concluſa Comititorium. (§. 123. l.c.)
 - d. Historia iuri feudalis Longobardici. Hoc tempore prodierunt *Constitutiones feudales*, in comitiis Longobardicis, in campis Roncaliae, late; quæ constitutiones fuerunt primæ leges feudales Longobardice scriptæ.
 - D. A restauratione iuri Romani in Italia usque ad Maximilianum I. (Sec. XII.-XIV.)
 - a. Historia iuri romani. Pertinet ad eius statum in
 - z. Oriente, euerlo hoc imperio a Turciis a. 1452. nec nouæ constitutiones ab Imperatoribus orientalibus amplius emissas esse, nec Ius Romanum ibi, vt ante, in vñ manuiss.
 - B. Occidente,
 - N. Nouellæ Iustinianæ diuinas esse ab ICtis Papenibus in notum collectiones.
 - D. Codici repetitae pælectionis insertas esse *Authenticas*, que sunt duplicitis generis
 - A. Authenticæ Fridericiana;
 - D. Authenticæ strictæ sic dictæ. (§. 137. l.c.)
 - A. Ius Romanum Iustinianum per totum fere Occidentem esse receptum. Hinc oritur historia receptionis iuri romani Iustinianæ. De historia receptionis vero in Germania infra.
 - b. Historia iuri Canonici, quoad
 - z. nouas collectiones canonum et decretalium, que hoc tempore prodierunt, et huc pertinent
 - N. Collectiones in corpore iuri canonici nunc obuiæ, que sunt
 - A. Decretum Gratiani, i.e. ea collectione, que prima auctoritate a monacho Gratiano dicto facta est 1151. sub titulo: *Concordia discordantium canonum*.
 - B. Recentiores *Decretalium Collectiones*, tales sunt

a. Reliquiae huius aeti collectiones, quae *antiquae decretalium collectiones* appellantur solent.

b. Recepitione eorum in Germania, de qua infra in historiis iuris germanici.

c. Historia iuris feudalis Longobardorum. Obgenitum hoc aetate collectiones quedam legum feudalium Longobardicarum, cum ex constitutio[n]ibus feudalibus, tum ex moribus adoratae. Tales sunt:

- a.** Oberti ab Oro collegio confederatum feudalium, que in curia Mediolanensi obtinebant.
- b.** Gerhardi nigri similis collectio.
- c.** Vulgo sic dictae Confederundines Feudorum.

d. Historia iuris Germanici.

- a.** Historia receptionis legum peregrinarum nunc adhuc in Germania valentum *privata auctoritate* factae, cui in sequente Epochā accessit receptio *publica*.
- b.** Viteriora fata iuris germanici, quae hoc tempore habuit. Ad haec referri debet:

e. Collectiones confederundinum germanicarum privata auctoritate factas esse, ex fine, ut earum memoria et obseruatoria, contra impetum iuris peregrini, conferetur. Haec collectiones sunt

f. *magis vniuersitatis, quae sub nomine iuris Caesarei (Kaiserecht) veniunt. (§. 146. l. c.)*

g. *magis particulares, quae constitutae*

- a.** Ius provinciale (Landrecht); et hoc pertinet
 - i.** aa. Ius provinciale Saxonicum seu *speculum Saxonicum*, et
 - ii.** bb. Ius provinciale Alemannicum seu Suevicum, etiam *speculum Suevicum* appellatum.
- b.** Ius feudale (Lehnrecht). Inter collectiones, quae in iis feudale constituantur, notentur:
 - i.** aa. Auctor vetus de beneficiis;
 - ii.** bb. Ius feudale Saxonicum;
 - iii.** cc. Ius feudale Alemannicum seu Suevicum.
- c.** Ius municipale (Weichbild), de quo notarii meretur *Ius Weichbildicu[m] Magdeburgense seu Saxonie*. (§. 149. l. c.)

d. Legum scriptarum germanicarum nunc ortae novae species, quae reduci possunt ad

- a.** *Leges Imperii* (Reichsgesetze), i.e. omnes leges germanicas scriptas, quae ipsum Imperium Rom. Germ. potius, quam singulas provincias eius, aut in iis existentes universitates personarum, concernant; et in hoc sensu ad leges comp. pertinent:
- b.** *Concessus Imperii* (Reichsclausi), i.e. leges Imperii in comitis per voluntatem Imperatoris et Statuum imperii constitutas; ex quibus oruntur *Recessus Imperii* (Reichsbuchfidei), qui sunt vel
vniuersitatis, vel *Recessus Imperii stricte sic dicti*; vel
particulares, qui dicuntur *Recessus deputationis* (Reichs-Deputations-Abschiede), quorum etiam referri possunt:
Recessus supplicationis cancellariae.
- c.** Singulare leges, quae secundum definitionem legum Imperii ad eas referri possunt, veluti
 - i.** aa. Variae constitutiones imperiales de pace publica;
 - ii.** bb. *Recessus Imperii* de an. 1235;
 - iii.** cc. Uniones electorales (Churkurfürsten-Verein).
 - iv.** dd. Aures bullae Caroli IV.
 - v.** ee. Concordata nationis germanicae de an. 1448.
- d.** *Leges provinciales*, i.e. eas leges germanicas scriptas, quae singula Germaniae territoria concernunt. Hoc pertinent e.g.
 - i.** aa. Ius provinciale Bavaricum de an. 1346.
 - ii.** bb. Ius veteri Frisiae inuenit Sec. XIV. conditum.
- e.** *Statuta urbis*, i.e. leges germanicas scriptas verbis concernentes. Inter ea praefertim notari merentur:
 - i.** aa. Ius Sulatene Sec. XII. latine conscriptum;
 - ii.** bb. Ius Suerinense an. 1222. compilatum;
 - iii.** cc. Ius Lubecensem antiquissimum;
 - iv.** dd. Statuta Hamburgensis antiquissima; et
 - v.** ee. Statuta Stadensis de an. 1279.

E. A Maximiliano I ad hunc usque dicim. (Sec. XVI. XVII. XVIII.)

f. Historia iuris Rom. Can. et feud. Longobardorum.

g. Ho[rum] iuriū peregrinarum receptionis. De quibus notandum:

- a.** ea nunc circum finem Sec. XVII. et invenit Sec. XVI. expresse publicis et constitutis rebus esse recepta et comprobata; quae receptio *vniuersitatis, et generalis eff.*
- b.** hanc receptionem non nisi subsidiariam esse, etiam quoad leges germanicas ante receptionem ortas. (§. 156. l. c.)
- c.** Speciarum iuris canonico-pontificiata fata viteriora. Quod ad notandum:
- d.** auctoritatem eius, postquam purior Euangelii lux effulgit, valde esse immutatam.
- e.** nouis leges ecclesiasticas, quae ad ius canonico-pontificium pertinent, *accessisse* per Canonem recentiorum conciliorum, inter quae notandum *Concilium Tridentinum*.
- f.** Constitutiones Papales, quae *Bullarium vel Breuum papalium nominis* inveniuntur; quorundam etiam referri debent:
- g.** *Regule Cancellarie*, quae beneficiorum ecclesiasticorum collationem concernunt.
- h.** Statuta Synodalia, et alia iura particularia in Praetitoriorum dioecesiis.

b. Historia iuris Germanici. Viteriora fata

- a.** Legum Imperii; inter quas recentiores potiores sunt;
- b.** Pax publica seu Profana (des Landstifte) de an. 1493, cum eius additamentis et emendationibus de an. 1548 et 1555.
- c.** Constitutio Maximiliani I. de Notariis an. 1512. promulgata.
- d.** Capitulationes Caesareae, i.e. pacta concerta inter Imperatores et Electores, per quae limites potestatis ciuilis in Imperatores translatae determinantur. Prima est Capitulationis Caroli V. de an. 1519.
- e.** *Recessus Imperii Wormatiensis* de an. 1521.
- f.** *Confutatio*

- ad II. 2. E. b. z.
- 1. Constitutio criminalis Carolina an. 1532. publicata.
 - 1. Recessus Imperii de an. 1555.
 - 1. Pax religiosa (der Religionsfriede), i.e. ea lex Imp. per quam ob religionem ortae contentiones in Germania hoc tempore compofitae sunt.
 - 1. Ordinatio executionis.
 - 1. Ordinationes camerales, (§. 159. l. c.) *antiquae ante 1555.*
 - 2. Recessus Imperii de an. 1555. *nous anno 1555. condita.*
 - 2. Ordinatio monetaria an. 1559. publicata.
 - 2. Ordinatio Politica an. 1577.
 - 2. Pax Westphalica, de qua duplex instrumentum, scilicet *Casareo-Gallicum*, Monasterii, et *Casareo-Sueicum*, Osnabrugis an. 1648. subfcriptum.
 - 1. Ordinationes iudicij imperiales aulici *antiquae ante 1654.*
 - 1. Recessus Deparationis de an. 1600. *nous de an. 1654.*
 - 1. Recessus Imperii nouissimum de an. 1654.
 - 2. Conclavis Imperii nouissima in recessum Imp. nondum redacta, e.g. Reichsschluss wegen der Handwerksunruhen de an. 1731.
 - Nota. In fenu lupa dicto ad leges Imp. etiam referri possunt: *Paces post pacem Westphalicam initias Imperium Rom. germ. final obsequies; Recessus circulares; Conclusa corporis euangelici, et recentiarum Imperatorum editiss.*
 - 2. Legum provincialium recentiorum, quae sunt
 - A. Seculares, haecque
 - A. generaliter Landesordnungen.
 - B. specialiter Policey-Wechel-Proceſſordnungen etc.
 - B. ecclesiasticae ab obiecto ita distiae, vnde Kirchenordnungen etc. (§. 160. l. c.)
 - C. statutorum virium, generali nomine *stadrechte*, speciali vero nomine e.g. *Feuerordnungen* dictorum.

III.

HISTORIA LITTERARIA IVRIDICA VNIVERSALIS.

Historia litteraria iuridica (seu litteratura iuridica, vel historia iuris litteraria) est pars historiae litterariae, seu litteraturae, quae circa iurisprudentiam positivam versatur et abit in *vniuersalem* et *particularem*. (§. 166. l. c.)

Historia litteraria iuridica vniuersalis abit in tres partes, quae sunt:

- I. NOTITIA ICTORVM, seu BIOGRAPHIA, quae sistit veritates singulares de ICtis, ad quam pertinet
- 1. Ictorum orus et progressus. Originem coepérunt ICti apud Romanos, post tempus, quo LL. XII. Tabb. compiliatae, et primus ICtus est APPIVS CLAVDIVS, coecus dictus.
 - 2. Singulorum ICtorum notitia. Sunt vero ICti
 - A. Antiqui, i.e. qui vsque ad tempora *irrexit*, sive ante Sec. XII. vixerunt, vel, licet aetate *trierium* supererant, eius successores non sunt, et abeunt in
 - a. ICtos romanis fratre sic dictos, qui sunt
 - α. tales, qui floruerunt ibi libera republica, et *primaenii* dicendi;
 - β. reliqui ICti, qui sunt partim *Civilliae*, partim *Canonilliae*, nec non *scie dicti* ICti Graeco-Romani. (§. 174. l. c.)
 - b. reliquos ICtos veteres.
 - B. Medi, qui abeunt in
 - a. Glosatores et
 - b. Reliquos ICtos medios } qui in eo inter se differunt, quod alii *Civilliae* seu *Legistae*; alii *Canonilliae* seu *Decretilliae*; alii *Feudilliae*; alii *Germanilliae* fuerint.
 - C. Noti ferentiores, qui sunt
 - a. iam demortui, hique
 - α. ICti Sec. XVI;
 - β. ICti Sec. XVII;
 - γ. ICti Sec. XVIII;
} omnes fuerunt vel *Humanilliae*, vel *Civilliae*, vel *Canonilliae*, vel *Feudilliae*, vel *Germanilliae*, vel *Publicilliae*.
 - b. adhuc viventes, qui in eo differunt, quod alii doceant in *Academias*, vel *Gymnasii*, alii non.
 - 3. ICtorum conditio quod corpus, animam et statum extermum. (§. 177-178. 179. l. c.)
- II. HISTORIA IVRISPRVIDENTIAE; cuius facta sub
- 1. ICtis antiquis, sive ab origine iurisprudentiae usque ad Sec. XII. Omnia iurisprudentiae partium antiquissima est iurisprudentia Romana, et prima flamma iurisprudentiae in *Appi Claudio*, princi ICti, libro de *Aditionibus*, nec non in *Sexti Aeli Tripartiti* contenta sunt. (§. 181. 182. 183. l. c.)
 - 2. ICtis mediis, sive a Sec. XII. usque ad Sec. XVI. Incidit in hoc tempus tam *iurisprudentiae canonico-pontificiae*, quam *iurisprudentiae feudalis Longobardiae* ortus. (§. 184-187. l. c.)
 - 3. ICtis recentioribus, sive a Sec. XVI. ad hunc usque diem. In haec Epocham tanquam nouae iurisprudentiae partes pluribus accelerantur
 - A. Iurisprudentia germanica publica et priuata;
 - B. Iurisprudentia statuum Imperii priuata;
 - C. Iurisprudentia camerallis;
 - D. Iurisprudentia criminalis;
 - E. Iurisprudentia militaris;
 - F. Iurisprudentia metallica etc.
- III. NOTITIA SCRIPTORVM IVRIDICORVM, seu BIBLIOGRAPHIA IVRIDICA, quoad

ad III.

1. Scripta iuridica in genere, sub quorum nomine in sensu latiori veniunt omnia scripta, quae agunt de iuribus et obligationibus, et sunt in hoc sensu scripta legalia; scripta doctrinalia seu scripta iuridica stricte sic dicta; et scripta casuistica.
- Sunt autem scripta iuridica quondam A. secundum, quo prodierant, scripta Ictorum
 f. a. veterum;
 f. b. mediorum; et
 f. c. recentiorum.
- B. eorum conditionem,
 f. a. internam, ad quam ipsa contenta cum methodo, qua conscripta, referri debent; scripta iuridica
 f. a. primi ordinis;
 f. b. secundi ordinis, et
 f. c. tertii ordinis. (§. 196, l.c.)
- f. b. externam, ad quam pertinet materia, litterae, forma, tempus editionis, auctor et pretium; scripta iuridica
 f. a. verum suum auctorem laudantia;
 f. b. ab anonymis et pseudonymis edita;
 f. c. quoad anterior et litteras ante Sec. X. per litteras manu ducas in alia materia, quam lineo papyro
 aut membranis ab aliis et cordibus purgatis, exarata;
 f. d. post Sec. X. quidem in dicta materia, sed litteras manu ducas prodita; et
 f. e. Sec. XV. inuenta arte typographica, typis expressa.
2. Singula scripta iuridica; que sunt
- f. A. Scripta iuridica generalia, i.e. que ad certum scriptorum classem referri nequeunt, et huic pertinent
 f. a. Collections scriptorum diversorum auctorum et variis argumentis;
 f. b. Collections scriptorum vnius auctoris, ait variis argumentis, qualia sunt opera et opuscula Ictorum.
- f. B. Scripta iuridica speciales, i.e. que ad certum scriptorum iuridicorum classem referri possunt; et sunt biblio-
 thecam iuridicam speciem. Hac scripta iuridica constituent
 f. a. Bibliothecam legalem, quoad legiscripta;
 f. b. Bibliothecam doctrinalem, quoad doctrinalia scripta; et
 f. c. Bibliothecam casuistitam, quoad casuistica scripta.
3. Notitiam Corporum iuris, i.e. librorum legum collectionem sistentium; et quoad leges, quibus in Germania vivi-
 mur, notari merentur
- f. A. Corpus iuris romanii, quod est non glossatum et
 non glossatum.
 Eius contentus redeunt ad eas eius partes, que sunt
 f. a. Leges romanae in Germania valentes. Huius generis partes corporis iuris romani sunt
 f. z. Institutiones Iustinianae;
 f. g. Pandectae seu Digesta;
 f. y. Codex repetitus predectionis;
 f. d. Nouella Iustiniani.
- f. b. Quae praeterea a doctis viris commodioris vtilis et illustrationis gratia adiecta sunt, velut
 f. a. XIII. Edita Iustiniani;
 f. b. Nouella Leonis;
 f. c. Confuetudines feudorum etc.
- B. Corpus iuris canonici, quod itidem est vel non glossatum vel
 Etiam hoc corpus continet non glossatum.
- f. a. Partes principales, que sunt
 f. z. Decretum, i.e. Gratianini concordia discordantium canonum.
 f. g. Decretales variae, veluti
 f. n. Decretales Gregorii IX. seu Libri V. decretalium;
 f. l. Liber sextus decretalium;
 f. i. Clementinæ;
 f. r. Extraeconates Ioannis XXII;
 f. t. Extraneantes communies.
- f. b. Quae commodioris vtilis et illustrationis gratia adiecta sunt:
 f. a. Liber septimus decretalium, circa finem Sec. XVI. a Petro Matthaeo promulgatus; et
 f. b. Lanceolati institutiones iuris canonici.
- C. Reliqua corpora iuris, veluti corpus iuris feudalis;
 germanici antiqui;
 publici;
 gentium etc. (§. 221. l.c.)

IV.

IURISPRUDENTIA POSITIVA GENERALIS.

Iurisprudentia positiva generalis est ea disciplina, quae continet veritates iuridicas generalissimas, aut tales veritates, quae, licet proprie iuridicae veritates dici nequeant, tales tamen sunt, quae in scholis iuridicis addiscendae; et abit in

*Iurisprudentiam positivam generalem in specie sic dictam, et
Iurisprudentiam positivam generalem socialem.*

LIBER I.

IURISPRUDENTIA POSITIVA GENERALIS IN SPECIE SIC DICTA.

SECTIO I.

DE

TERMINIS TECHNICIS IURIDICIS GENERALIBVS, SIGNIS IN SCHOLIS
ICTORVM RECEPTIS, EORVMQVE IN COMPUTATIONE GRADVVM ET
LINEARVM, NEC NON LEGVM ALLEGATIONE, VSV.

In hac Sectione itaque occurunt:

- I. TERMINI TECHNICI IURIDICI GENERALES, i.e. tales, qui praecise ad certam quan-dam doctrinam iuridicam referri nequeunt; suntque
1. Termini technici iuridici in metiendo et distingendo tempore vitati. Tempus secundum Ius Romanum diuiditur secundum
 - A. Quantitatem in tempus
 - a. definitum, quod confluunt momenta;
 - b. indefinitum. horae — naturales et dies — ciuiles
 - B. Qualitatem in mensis;
 - a. iustitium, i.e. tempus, quo plane cessat iurisdictio; et tempus quod iustitium non est, et hoc quod dies, in
 - a. diem feriatum: Sunt autem feriae —
 - N. diuinae, vel humanae.
 - B. diem iuridicum. solennes, vel repentinae.
 - b. vtile tempus, continuum; et mixtum. (§. 218. l.c.)
 - c. tempus naturale seu quod naturaliter computatur, et ciuile, seu quod ciuitate computatur. (§. 219. l.c.)
 2. Termini technici iuridici in distinguendo cognatis vitatis, ubi consideranda venit Cognitionis
 - A. Definitio. Cognitione vero est relatio perlonarum ad fe iuuenit per generationem orta; sive ita vt una persona ab altera per generationem dependet; quae altera persona *stipes* dicitur; sine ita vt duae personae, quae a fe iuuenit per generationem non dependent, ab eadem tercia per generationem dependent, sive tercia persona dicitur *stipes communis*, sive remota *stipes communis*; vel
 - i. inter quos est cognatio, dicuntur *Cognati*.
 - B. Diuino, in
 - a. Cognitionem naturalem, cuius species est *consanguinitas*, et it, inter quos est consanguinitas, *consanguinei* dicuntur. Quorum tres dantur ordinis
 - A. Adscendentis, qui tales sunt, a quibus per generationem dependemus. (§. 243. l.c.)
 - B. Descendentis, qui a nobis per generationem dependent. (§. 244.)
 - C. Collaterales, quae sunt it, qui tantum cum nobis ab eadem tercia persona per generationem dependent, eorumque iterum diuersi ordines dantur. Sunt enim
 - A. Tales collaterales, qui et nostrorum adscendentium collaterales sunt, qui sunt *Nostrorum adscendentium primi collaterales*. (§. 246.)
 - B. Collateralum adscendentium nostrorum descendentes. (§. 247.)
 2. *Adscititas*, i.e. cognatio ex vera generatione, accidente coitu, orta inter coitum unum et alterius cognatos, cuius dantur secundum Ius Canonicum tria genera; nemini
 - A. Affinitas primi generis, si cognati sunt alterius consanguinei. Huius generis affines ex ordine
 - A. Adscendentium, sive
 - a. Tales, cum quibus nos per coitum affinitatem contrahimus, et
 - b. Tales, qui per coitum cum nostris consanguineo cum nobis affinitatem contrahunt. (§. 250.)
 - B. Descendentium, sive iterum
 - a. Tales, cum quibus nos per coitum affinitatem contrahimus, et
 - b. Tales, qui cum nobis hanc affinitatem per suum coitum contrahunt. (§. 251.)
 - C. Collateralium, sive respectu nostri
 - a. Tales, cum quibus per eos, qui sunt adscendentium nostrorum collaterales, affinitate iuncti sumus. (§. 251.)
 - b. Tales, cum quibus per descendentes adscendentium collateralium affinitate iuncti sumus; et

L.	z.	B.	a.	$\beta.$	N.	C.	b.
							c. Tales, cum quibus per fratres forores, eorumque descendentes, affinitate iuncti sumus. (§. 255.)
							d. Affinitas secundi generis, si cognati sunt consanguinei affines primi generis. Huc pertinent filantrices, et
							e. Affinitas tertii generis, si cognati alterius consanguinei affines secundi generis sunt.
							f. Cognationem ciuilam, si cognatio per adoptionem; et
							g. Cognationem spiritualem, si per baptismum, confirmationem aut poenitentiam orta.
							h. Datur etiam cognatio duplex.
							Nota. 1) Inter collaterales obuenient potest respectus parentela.
							2) Confanguntur germanice dicitur Magen, Magenhof, esque vel Agnato, (Sipplichkeit, Schwertmagen,) vel Cognatio in specie tie dicta. (Spillingen.) (§. 257.)
l.							3) Termimi technici iuridici miscellanet. Ad quos terminos technicos referri possunt in iure obuenientes sub nomine
							1) Principii legi; 2) Argumenti legi; 3) Legis species; 4) Inscriptionum legum; quae duplicit generis sunt, ministrum inscriptiones in Pandectis et Decreto; et
							5) in Codice, et Decretalibus obuias; ab his inscriptionibus differunt subscriptiones legum Codicis.
							6) Interpolationis legis, quae sit per additionem, in quo casu striktæ interpolationi, seu emblemata, dicuntur.
							omissionem, et substitutionem.
							7) Legis fugitiua; 8) Legis dannata; seu Crucis Iuris; (§. 264. l.c.) 9) Legis canonizatae; 10) Antinomia;
							11) In fraudem legis fieri; 12) Fictionum iuris (§. 268.); 13) Formulas, quae est oratio quoad ipsa verba determinata, et ipsa verba qua formulam confirmant dicuntur verba directa, seu rivulata, legitima, foliacea, quibus opponuntur verba obliqua, seu vulgaria, communia. 14) Affis, cuius qualiter pars vincia appellatur, et duo alies simili fumti Dupondium, tres Tripodium dicuntur.
							Affis partes sunt sequentes: Vincie partes, quae 24 seripula constituant, sunt sequentes:
							Deunx $\frac{1}{2}$ Dextans $\frac{1}{2}$ f. $\frac{1}{2}$ Dodrans $\frac{1}{2}$ f. $\frac{1}{2}$ Bes $\frac{1}{2}$ f. $\frac{1}{2}$ Septunx $\frac{1}{2}$ Semis $\frac{1}{2}$ f. $\frac{1}{2}$ Quincunx $\frac{1}{2}$ Triens $\frac{1}{2}$ f. $\frac{1}{2}$ Quadrans $\frac{1}{2}$ f. $\frac{1}{2}$ Sexans $\frac{1}{2}$ f. $\frac{1}{2}$ Vincia $\frac{1}{2}$
							Semuncia $\frac{1}{2}$ Duella $\frac{1}{2}$ Sicilicum $\frac{1}{2}$ Sextula $\frac{1}{2}$ Seripulum $\frac{1}{2}$


Porro hoc pertinet 14) Pforae, quae pro diuerstant quantitatibus in iure Romano dicuntur unciariae; sextantes; quadrantes; trientes; quintunces; septunes; besies; doocantes; dextantes; deunes; centesimae. 15) Causae vocabulum, et inter eius variis significatis is, qui sub nomine piae causae venit. 16) Particula Quaef. (§. 276.) 17) Quando quid ipso nro fieri dicitur. 18) Quod locutiones illae significant: Cedre dicere; et Penire dicere. 19) Quod favorabile et odiosum dicitur; 20) Quod sub nomine questionis Domitiae, et 21) Vacua venit.

II. SIGNA IN SCHOLIS ICTORVM VSITATA, quae sunt

1. Talia, quibus ICtū vntur in legum allegatione, quae sunt secundum ordinem alphabeticum	
A. B.	Extrā. comm.
arg.	F. sive Feud.
Auth.	ff.
c.	gl.
C.	L.
C. Th.	I. F. S.
C. C. C.	I. F. A.
C. O. C.	I. P. S.
C. G. O.	I. P. A.
Cap.	I. P.
Cap. nou.	I. P. O.
Clem.	I. P. M.
Confit. Pac. Prof.	I. P. W.
Confit. Pac. Rel.	i. gl.
D. sive Diff.	L.
D.	LL.
Extrā. Io. XXIL	LL. XII. Tabb.

2. Reliqua signa in scholis Ictorum recepta, ad quae referri debent

A. Signa, quibus ICtū vntur in delineatione schematum cognitionis, qualia sunt:



B. Signa, quibus diuersa genera coniunctionis legatariorum exprimuntur, quae sunt:



C. Signa quedam miscellanea, veluti:



III. LEGVM ALLEGATIO. Allegatio

1. Legum in genere. Quae differt, prout aut
 - A. non nisi per consequentiam ex textu patet id quod per eum probandum; aut
 - B. non praefite hic vel ille textus ex titulo quodam allegandus, sed potius in genere textus in titulo obui; aut
 - C. non totus textus, sed potius certa eius verba alleganda; (§. 289.) Ceterum in allegatione legum adhuc notandum:
 - D. Textus ipse, qui allegatur, ab aliis distinguendum
 - { per verba textus initialia; vel
 - { per virginitatem eius; vel
 - { per virginitatem simul. (§. 290.)
 - E. Si in allegatione legum rubricae titulorum indicandae, eas plerunque abbreviari, et non nisi litterae initiales allegari solet; et
